Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In illo temp̄. Ingressus ih̄c. p̄ambulabat ierichо. Et ecce uir
nomine hacheus. et hic princeps publicanꝝ et ipse diues. Et r̄

Omelia uenerabilis bede pr̄bi de eadē lectione. .xv.

Quę impossibilia sunt apud homines. possibilia
sunt apud dm̄. Ecce eñi camelus de posita gibbi
sarcina p̄ foramen acus transit. hoc ē diues et publica
nus relicto onere diuitiarū. contempto censu fraudiū.
angustam portā artamq; uiā quę ad uitā ducit ascendit.
Qui mira de uotione fidei aduidendū saluatorē qd̄ natu
ra minus habuerat ascensu supplet arboris. atq; ido uiste
quāuis ipse rogare ñ audeat. benedictionē dñicę suscep
tionis quā desiderabat accepit. Mystice aūt hacheus qui
int̄pretatur iustificatus credentē ex gentibus pplm̄ sig
nificat. qui quanto curis sęcularibus occupatior. tanto
flagitus deprimentibus erat factus humilior. sed ablutus
ē. sed sc̄ificatus. sed iustificatus. in nomine dñi nr̄i ih̄u
xp̄i et in sp̄u dī nr̄i. Qui intrantē ierichо saluatorē uide
re querebat sed p̄turba ñ poterat. quia gr̄am fidei quā
mundo saluator attulit participare cupiebat. sed ino
lita uiciorū consuetudo ne aduotū p̄ueniret obstiterat.
Eadem namq; turba noxię consuetudinis quę supra cęcū
clamantē ne lumen peteret increpabat. etiā suspicien
tē publicanū ne ih̄m uideat tardat. Sed sicut cęcus tur
barū uoces magis ac magis clamando deuicit. ita pusillus
necesse turbę nocentis obstaculū altiora petendo trans
cendat. terrena relinquat. arborē crucis ascendat. Sico
morus namq; ē arbor folus moro similis. s; altitudine